IN NOMINE DOMINI AMEN
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

SIGISMUNDUS III DEI GRA REX POLONIÆ MAGNUS DUX LITUANIÆ RUSSIÆ PRUSSIÆ MASOVIÆ SAMOGITIÆ LIVONIÆQ NEC NON SUECORUM GOTTORU VANDALORQ HRIUS REX

Significamus pñtibus lris nostris quoru interest universis & singulis. Supplicatum nobis esse nomine & ex parte Famatorum Senioru & Iuniorum Magistrorum Artificy Cantrifusorum in Civitate nra Vilnensi degentium ut eisdem ad instar aliorum artificum Contubernium quoq Artificii illorum in eadem Civitate nra Vilnen concederemus & instituerremus Nos animadvertentes eiusmodi Contubernia in Civitatibus non tantum ad bonum ordinem spectare sed etiam non sine commodo et incremento Civitatum constituta esse Ideo supplicationi prædictæ benigne annuentes eisdem Magistris Cantrifusoribus Contubernium in Civitate nra Vilnen more aliorum Contuberniorum instituimus illudq iuxta infrascriptos articulos in toto observari volumus Ac inprimis ut confratres eiusdem artificii ad Contubernium in domum unius Magistri semel in anno pro festo Sancti Joannis Babptistæ simul conveniant atq ibidem ex medio sui duos Seniores eligant qui cistam cum lris & privilegiis observare eamq fratribus pro temporis necessitate præbere et demum post expirationem illius anni in simili fratrum congregatione tradere tenebuntur. Hi Seniores quolibet trimestri omnes Magistros ac Sodales ad Contubernium convocari faciant, deliberationes Fraternitati profuturas instituant, de eisq consulant Privilegia illis perlegant, transgressiones fratrum diiudicent de transgressoribus mulctam reposcant, de mulcta in ærarium reposita arma coemant, quæ, una cum vexillo, quod impensis Contubernii Marsupiariorum iuxta atq Albicerdonum et Stannifusorum [illegible] Civitatis istius confectum est asservari debebunt. Iustitiæ denique pareant verum id diiudicare non audeant quod ad Officium Consulare & Advocatiale iudicium pertineret. Quiquidem Magistri ad Contubernium omnes una congregati quilibet eorum omnes per sex grossos ad cistam communem pendere tenebuntur Item si quis in numerum ipsorum inscribi voluerit quadriennium postquam ex disciplina excesserit peregrinare et in locis varys sese exercere teneatur. postea apud Magistrum aliquem eiusdem artis in Civitate prædicta, sit modo Contubernalis ille, uno anno & sex hæbdomadis sodalis laboret. idemq post in regestrum scribi et in [illegible] Sodalium nomine ad cistam unam sexagenam inferre tenebitur. Quod si vero filius Magistri fuerit is medium solummodo annum et tres hæbdomadas laborabit Item quilibet ex sodalibus qui in Magistrum creari voluerit lras testimoniales lgitimi ortus sui disciplinæq, quod ab honesto artifice instructus sit ostendere debebit, et anteq ad eloborandum specimen artis admittetur unum florenum ratione inscriptionis et duos grossos advocationis dare et reponere tenebitur Tandem vero eiusmodi artis suæ specimen edat. ad quod demonstrandum primo debebit conficere formulam ad refondendum cantaru compressum qui cantarus refusus debet esse mensuræ eius [illegible] duarum cum media ollarum nec pluris nec minoris, ponderis autem librarum triginta. Ad hunc cantarum capulum vulgo rekoiesc ex argilla tale debet adaptare quod obserando & reserando frangi non possit Cum vero sufficienter hoc idem artis singulare confectum et elaboratum fuerit debet habere ponderis libras viginti quatuor Alterum specimen debet ab eodem confici ex argilla ad instar lapidis plani in latitudinem trium partium cubiti, in longitudinem unius cubiti indeq conficere debebit malluvium stanneum concavum vulgo antfos sklepisty dictum Pro tertio specimine erit illius operis forma pro conficienda patina trium partium cubiti Lituanici, quæ cum refundetur pondus suum librarum tredecim habitura est, at cum in toto exacta fuerit valebit libras [illegible] Ea omnia non mutuata cuiusquam manu intra duarum septimanarum spacium apud Magistrum hunc quem illi Seniores ass[illegible] elaboret, postea in sessione fratrum conspicienda præbeat [illegible] niq convivium seu collationem pro fratribus faciet. Talis tandem in numerum frum Magistrorum inscribatur et suscipiatur. Si vero fuerit filius Magistri vel Viduæ defuncti aut filiam Magistri eiusdem artis nubserit, is tantum ad medietatem eorum omnium implendam adstrictus erit Item iidem omnes Magistri prædicti artificii debent laborem suum exercere ex stanno puro probato vulgo fein Anglis dict sub tribus signis idq sub pœna arbitraria per Confratres irroganda et irremissibiliter luenda. Stannum vero sub duobus signis etiam probatum esse debet quod Seniores Magistri quolibet trimestri diligenter revidere et inspicere tenebuntur. At vero si aliquis imperitus vel indoctus als Partacz nominatur. qui non haberet confraternitatem in Contubernio, nec privilegio et statutis eiusmodi parere aut satisfacere voluerit opificium hoc intra et extra Civitatem Vilnen nunquam exercere poterit Tales etenim per Magistros Contuberny cum adminiculo Officii Castren et Consular Vilnen coerceri debebunt. illorumq vasa elaboratæ ad hospitalia convertentur. Item si quispiam adolescens ad perdiscendum hoc artificium Vilnam venerit ille primum lras ortus sui lgtimi producet [illegible] quibus productis a Mgris in discipulum suscipietur. ubi in disciplina annis quatuor continuis perseverare tenebitur. nec ullo precio annos eruditionis suæ redimere poterit, postea peregrinationem per quatuor annos uti præmissum est expediat Item vidua post mortem defuncti mariti sui Magistri cum prole relictæ liberum erit artificium hocidem exercere, sodalem alere, et discipulum illum, qui vivente marito in disciplina erat ad annos debitos fovere, Si vero sine prole relicta fuerit nonnisi per unum annum & sex hæbdomadas artificium exercere poterit Quosquidem articulos nominatos aliosq omnes ad hoc idem artificium pertinen & in aliis Civitatibus nris Regni ut pote Cracoviæ Posnaniæ Leopoli Gedani per Magros eiusdem artificii observari solitos per Confratres dicti Contuberny Cantrifusorum in Civitate nra Vilnen integre et inviolabiliter perpetuoq exerceri et observari volumus et decernimus Harum testimonio lrarum quibus manu nra subscriptis sigillum nrum Mag. Duc. Lit. est appensum.

Datum Varsoviæ in Comitys Regni gnalibus die IV. Mensis Novembris Anno Dni M.D.C.XI Regnorum nrorum Poloniæ XXIV Sueciæ XVIII

Sigismundus Rex

Виленская Публичная
БИБЛIОТЕКА.
B 1-234.

№ 54.